1778

De Theoria Lunae ad maiorem perfectionis gradum evehenda

Leonhard Euler

DE

THEORIA LUNAE

AD

MAIOREM PERFECTIONIS GRADUM EVEHENDA.

Auctore

L. EVLERO.

Cum motum Lunae ad centrum Terrae, tanquam fixum spectatum, referre conueniat, ante omnia locum Lunae per ternas coordinatas determinare opportet, quarum directiones sint fixae & inter se normales. Tum vero omnes vires sollicitantes secundum easdem directiones sunt resoluendae, vt ex principiis motus ternae aequationes differentiales secundi gradus obtineri queant. Ita si planam tabulae eclipticam referat, in quo punctum T sit centrum Terrae, recta autem T ♈ ad punctum coeli fixum dirigatur, locus Lunae, qui sit in Z, determinetur per has ternas coordinatas: $TX = X$, $XY = Y$ et $YZ = Z$; tum vires sollicitantes, posito elemento temporis $= dt$, huiusmodi ternas aequationes suppeditant: Tab. XIII. Fig. 1.

$$\frac{ddX}{dt^2} = L, \quad \frac{ddY}{dt^2} = M \text{ et } \frac{ddZ}{dt^2} = N,$$

vbi litterae M et N denotant certas functiones tam ipsarum coordinatarum X, Y, Z, quam quantitatum locum Solis definientium. Hic igitur, quoniam Luna nunquam vltra

vltra certos terminos ab ecliptica diuagatur, quantitas Z perpetuo intra limites fatis arctos continebitur; binae vero reliquae coordinatae X et Y per totam orbitam lunarem variari poterunt; quam ob rem eas ita ad alium axem reduci conueniet, vt earum variatio certos limites transgredi nequeat. Hanc ob rem ducatur recta T M, Lunae longitudinem mediam exhibens, ad quam ex Y agatur normalis Y x, ita vt nunc locus Lunae per iftas coordinatas T x, x Y, Y Z definiatur, quarum variatio vtique intra limites fatis arctos coërcebitur. Nam fi longitudo Lunae media, feu angulus ♈ T M vocetur $= \theta$, qui ergo tempori erit proportionalis, tum erit $T x = X \cos. \theta + Y \sin. \theta$ et $x Y = Y \cos. \theta - X \sin. \theta$; tertia autem coordinata manebit Z. Quod fi iam a denotet diftantiam Lunae mediam a Terra, pofita diftantia Terrae media a Sole $= 1$, ita vt a fit fractio valde parua, fcilicet $a = \frac{1}{390}$, ac ponatur recta $T x = a(1 + x)$, $x Y = a y$ et $Y Z = a z$, euidens eft has nouas quantitates x, y, z femper fore fatis exiguas, ita vt termini, in quibus ea ad plures dimenfiones affurgunt, mox pro nihilo haberi queant. His igitur in calculum introductis, fiquidem per eas erit

$$X = a(1 + x) \cos. \theta - a y \sin. \theta \text{ et}$$
$$Y = a(1 + x) \sin. \theta + a y \cos. \theta \text{ et } Z = a z,$$

totum negotium perducitur ad inueftigandos valores quantitatum exiguarum x, y, z, et facta euolutione omnium formularum, quae in calculum ingrediuntur, ternae aequationes fundamentales ad feries terminorum maxime convergentes reuocabuntur. Deinde, hoc calculo expedito, praeter quantitatem conftantem a infuper introducantur: 1°. excentricitas orbitae lunaris $= K$; 2°. excentricitas orbitae folaris $= \kappa$; 3°. fractio i ab inclinatione orbitae lunaris

naris pendens; tum vero ternae nostrae quantitates incognitae ita referantur, vt sit

$$\begin{aligned} x = {} & \mathfrak{O} + K\mathfrak{P} + K^2\mathfrak{Q} + K^3\mathfrak{R} + a\mathfrak{S} + aK\mathfrak{T} + \varkappa\mathfrak{U} \\ & + \varkappa K\mathfrak{V} + \varkappa K^2\mathfrak{W} + a\varkappa\mathfrak{w} \\ & + ii\mathfrak{X} + iiK\mathfrak{Y} + iiK^2\mathfrak{Z} \end{aligned}$$

$$\begin{aligned} y = {} & O + KP + K^2Q + K^3R + aS + aKT + \varkappa U \\ & + \varkappa KV + \varkappa K^2W + a\varkappa w \\ & + i^2X + i^2KY + i^2K^2Z \end{aligned}$$

$$z = i\mathfrak{p} + iK\mathfrak{q} + iK^2\mathfrak{r} + i\varkappa\mathfrak{s} + i^3\mathfrak{t}$$

et, facta substitutione, ternae aequationes differentiales secundi gradus in totidem partes discerpantur, quot hic occurrunt diuersi coefficientes K, K^2, K^3, $\varkappa$ etc. dum scilicet termini iisdem affecti coefficientibus seorsim inter se aequantur. Hoc modo loco ternarum aequationum fundamentalium totidem ordines aequationum particularium obtinebuntur, quas singulas haud difficulter integrare licebit.

Hac scilicet methodo vsus, omnes inaequalitates motus Lunae olim sum persecutus, in tractatu: *Theoria motuum Lunae noua methodo pertractata*, edito Petropoli 1772, vnde simul tabulas construxi, quarum ope locus Lunae ad quoduis tempus multo commodius et accuratius determinari posse videbatur, quam per alias tabulas vsu receptas, si modo singula elementa, quibus innituntur, ex obseruationibus exquisitissimis rite determinentur. Interim tamen nonnullas inaequalites non satis accurate definire licuit, cuius autem defectus caussa non ipsi Theoriae est imputanda, sed potius difficultati calculi numerici, quem non vltra sextam figuram in fractionibus decimalibus sum prosecutus, cum eum vsque ad octauam figuram extendere oportuisset.

 Post-

Poſtquam autem deinceps ſingula momenta, quibus haec methodus erat ſuperſtructa, accuratius perpendiſſem, primo quidem ſtatim perſpexi, hanc methodum adhiberi non potuiſſe, ſi inclinatio orbitae lunaris ad eclipticam multo maior fuiſſet quam reuera deprehenditur; haec autem circumſtantia parui aeſtimanda eſt momenti, cum in vero motu Lunae locum non habeat. Verum ſi quis eandem methodum ad motum ſatellitum Jovis vel etiam Saturni accommodare voluerit, tum vtique maior inclinatio, quae forte in orbitis horum ſatellitum occurreret, omnem ſucceſſum impedire poſſet. Praeterea vero, quia hic ſtatim Lunae motum ad planum eclipticae reduxi, hoc ipſo nonnullae inaequalitates ſe immiſcere debuerunt, quas fere penitus euitaſſem, ſi motum Lunae quouis tempore ſaltem ad planum orbitae eius mediae reuocaſſem; hoc autem modo non ſolum calculus prolixior euaderet, ſed etiam ipſa determinatio Lunae, ex valoribus x, y, z petenda, maiorem calculi apparatum requireret. At vero ſi adeo omnes inaequalitates ſimpliciores fierent et ad minorem numerum redigerentur, hoc modo totus labor largiter compenſaretur; quam ob rem vſu non cariturum fore arbitror, ſi hanc ideam motum Lunae repraeſentandi accuratius expoſuero.

SECTIO PRIMA.

De reductione coordinatarum principalium ad planum orbitae Lunaris mediae.

Tab. XIII. Fig. 2. §. 1. Conſtitutis vt ante ternis coordinatis principalibus $TX = X$, $XY = Y$, $YZ = Z$, ad quas principia motus ſunt accommodanda, ducamus primo rectam

T ☊

T ☊, quae ad tempus propositum referat lineam nodorum, at vocetur longitudo media nodi ascendentis, seu angulus $\Upsilon T ☊ = ☊$; tum vero ducta ex Y normali $Y X'$, vocentur coordinatae ad istum axem relatae $T X' = X'$, $X' Y = Y'$ manente $Y Z = Z$, eritque $X' = X \cos. ☊ + Y \sin. ☊$ et $Y' = Y \cos. ☊ - X \sin. ☊$. Iam concipiatur planum secundum rectam T ☊ ad eclipticam inclinatum sub angulo $= \iota$, (qui aequetur inclinationi mediae orbitae lunaris, aestimata circiter $= 5°. 9'$) quod planum secet rectam $Y Z$ in O; tum ad rectam $X' O$, productam ex Z, demittatur perpendiculum $Z Y''$, et nunc in hoc plano vocemus coordinatas $T X' = X'' = X'$; $X' Y'' = Y''$ et $Y'' Z = Z''$. Hinc erit $Y'' = Y' \cos. \iota + Z \sin. \iota$ et $Z'' = Z \cos. \iota - Y' \sin. \iota$; sicque habebimus $X'' = X \cos. ☊ + Y \sin. ☊$; $Y'' = Y \cos. ☊ \cos. \iota - X \sin. ☊ \cos. \iota + Z \sin. \iota$; $Z'' = Z \cos. \iota - Y \cos. ☊ \sin. \iota + X \sin. ☊ \sin. \iota$.

§. 2. Referat nunc tabula planum orbitae lunaris, in quo habentur ternae coordinatae modo inuentae $T X' = X''$, $X' Y'' = Y''$ et $Y'' Z = Z''$; tum vero in eodem plano ducatur recta T M, motum Lunae medium referens, quam pro axe assumamus, in quem ex Y'' ducatur perpendiculum $Y'' x$; et quia iam istae coordinatae $T x$, $x Y''$, $Y'' Z$ satis exiguis variationibus sunt obnoxiae, statuamus distantiam Lunae mediam a Terra $= 1$, atque $T x = 1 + x$, $x Y'' = y$ et $Y'' Z = z$. Nunc igitur angulus ☊ T M designat argumentum latitudinis Lunae medium, quod vocemus r, ita vt sit ☊ $T M = r$, iamque habebimus $1 + x = X'' \cos. r + Y'' \sin. r$; $y = Y'' \cos. r - X'' \sin. r$ et $z = Z''$. Quare, si valores ante inuenti substituantur, habebimus sequentes formulas: Tab. XIII. Fig. 3.

$1 + x$

$$1 + x = X(\cos.\Omega \cos. r - \cos.\iota \sin.\Omega \sin. r)$$
$$+ Y(\sin.\Omega \cos. r + \cos.\iota \cos.\Omega \sin. r) + Z \sin.\iota \sin. r$$
$$y = - X(\cos.\iota \sin.\Omega \cos. r + \cos.\Omega \sin. r)$$
$$+ Y(\cos.\iota \cos.\Omega \cos. r - \sin.\Omega \sin. r) + Z \sin.\iota \cos. r$$
$$z = X \sin.\iota \sin.\Omega - Y \sin.\iota \cos.\Omega + Z \cos.\iota.$$

§. 3. Praeterea vero etiam necesse est vt coordinatae X, Y, Z etiam per nostras quantitates exiguas x, y, z exprimantur, quem in finem primo habebimus

$$X'' = (1 + x) \cos. r - y \sin. r,$$
$$Y'' = (1 + x) \sin. r + y \cos. r \quad \text{et} \quad Z'' = z.$$

Deinde ex paragr. 1°. colligimus

$$Y'' \cos.\iota - Z'' \sin.\iota = - X \sin.\Omega + Y \cos.\Omega$$

Cum igitur sit $X'' = X \cos.\Omega + Y \sin.\Omega$ erit

$$X'' \cos.\Omega - Y'' \cos.\iota \sin.\Omega + Z'' \sin.\iota \cos.\Omega = X$$

Porro

$$X'' \sin.\Omega + Y'' \cos.\iota \cos.\Omega - Z'' \sin.\iota \cos.\Omega = Y$$

Denique $Y'' \sin.\iota + Z'' \cos.\iota = Z$. Quare si hic valores ante inuenti substituantur, reperietur:

$$X = (1 + x)(\cos. r \cos.\Omega - \cos.\iota \sin. r \sin.\Omega)$$
$$- y(\sin. r \cos.\Omega + \cos.\iota \cos. r \sin.\Omega) + z \sin.\iota \sin.\Omega$$
$$Y = (1 + x)(\cos. r \sin.\Omega + \cos.\iota \sin. r \cos.\Omega)$$
$$- y(\sin. r \sin.\Omega - \cos.\iota \cos. r \cos.\Omega) - z \sin.\iota \cos.\Omega$$
$$Z = (1 + x) \sin.\iota \sin. r + y \sin.\iota \cos. r + z \cos.\iota.$$

§. 4. Quo has formulas simpliciores reddamus ponamus breuitatis gratia:

$$\cos. r \cos.\Omega - \cos.\iota \sin. r \sin.\Omega = m$$
$$\cos. r \sin.\Omega + \cos.\iota \sin. r \cos.\Omega = n$$
$$\sin. r \sin.\Omega - \cos.\iota \cos. r \cos.\Omega = \mu$$
$$\sin. r \cos.\Omega + \cos.\iota \cos. r \sin.\Omega = \nu$$

qui-

quibus valoribus introductis habebimus:

$$1 + x = m\,X + n\,Y + Z\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r$$
$$y = -\nu\,X - \mu\,Y + Z\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r$$
$$z = X\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,\Omega - Y\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,\Omega + Z\,\text{cof.}\,\iota$$

deinde

$$X = m\,(1 + x) - \nu\,y + z\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,\Omega$$
$$Y = n\,(1 + x) - \mu\,y - z\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,\Omega$$
$$Z = (1 + x)\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r + y\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r + z\,\text{cof.}\,\iota$$

vbi notasse iuuabit sequentes relationes

I. $m\,m + \nu\,\nu + \text{fin.}\,\iota^2\,\text{fin.}\,\Omega^2 = 1$

II. $n\,n + \mu\,\mu + \text{fin.}\,\iota^2\,\text{cof.}\,\Omega^2 = 1$

III. $m\,m + n\,n + \text{fin.}\,\iota^2\,\text{fin.}\,r^2 = 1$

IV. $\nu\,\nu + \mu\,\mu + \text{fin.}\,\iota^2\,\text{cof.}\,r^2 = 1$

tum vero etiam

V. $m\,n + \mu\,\nu - \text{fin.}\,\iota^2\,\text{fin.}\,\Omega\,\text{cof.}\,\Omega = 0$

VI. $-m\,\nu - n\,\mu + \text{fin.}\,\iota^2\,\text{fin.}\,r\,\text{cof.}\,r = 0$

VII. $m\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r - \nu\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r + \text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,\iota\,\text{fin.}\,\Omega = 0$

VIII. $n\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r - \mu\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r - \text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,\iota\,\text{cof.}\,\Omega = 0$

IX. $m\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,\Omega - n\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,\Omega + \text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,\iota\,\text{fin.}\,r = 0$

X. $-\nu\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,\Omega + \mu\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,\Omega + \text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,\iota\,\text{cof.}\,r = 0$

Ratio harum comparationum in eo est sita, quod duplici modo sit quadratum distantiae Lunae a Terra

$$TZ^2 = X^2 + Y^2 + Z^2 = (1 + x)^2 + y^2 + z^2.$$

SECTIO II.

De differentiatione nouarum coordinatarum x, y, z.

§. 5. Cum principia mechanica huiusmodi ternas formulas suppeditent:

$$d\,d\,X = L\,d\,t^2;\quad d\,d\,Y = M\,d\,t^2;\quad d\,d\,Z = N\,d\,t^2$$

vbi

vbi litterae L, M, N sunt certae functiones ipsarum X, Y, Z, hinc valores differentio-differentialium ddx, ddy, ddz elici opportet. Hic igitur tenendum est angulos ☊ et r esse variabiles, inclinationem vero ι esse constantem; vnde formularum m, n, μ, ν differentialia sunt quaerenda, scilicet cum sit:

$$m = \text{cos.}\, r \,\text{cos.}\, ☊ - \text{cos.}\, ι \,\text{sin.}\, r \,\text{sin.}\, ☊$$
$$n = \text{cos.}\, r \,\text{sin.}\, ☊ + \text{cos.}\, ι \,\text{sin.}\, r \,\text{cos.}\, ☊$$
$$\mu = \text{sin.}\, r \,\text{sin.}\, ☊ - \text{cos.}\, ι \,\text{cos.}\, r \,\text{cos.}\, ☊$$
$$\nu = \text{sin.}\, r \,\text{cos.}\, ☊ + \text{cos.}\, ι \,\text{cos.}\, r \,\text{sin.}\, ☊$$

differentiando reperietur

$$dm = -n\,d☊ - \nu\,dr;\quad dn = m\,d☊ - \mu\,dr$$
$$d\mu = \nu\,d☊ + n\,dr;\quad d\nu = -\mu\,d☊ + m\,dr.$$

§. 6. His differentialibus inuentis sumamus primam nostram aequationem:

$$1 + x = mX + nY + Z \,\text{sin.}\, ι \,\text{sin.}\, r$$

quae differentiata dat

$$dx = mdX + ndY + dZ \,\text{sin.}\, ι \,\text{sin.}\, r - dr(\nu X + \mu Y - Z \,\text{sin.}\, ι \,\text{cos.}\, r)$$
$$- d☊(nX - mY)$$

Est vero

$$\nu X + \mu y - Z \,\text{sin.}\, ι \,\text{cos.}\, r = -y$$

et ex posterioribus formulis

$$nX - mY = y(m\mu - n\nu) + z \,\text{sin.}\, ι (m \,\text{cos.}\, ☊ + n \,\text{sin.}\, ☊)$$

vbi cum sit

$$m\mu - n\nu = -\text{cos.}\, ι \quad\text{et}\quad m \,\text{cos.}\, ☊ + n \,\text{sin.}\, ☊ = \text{cos.}\, r$$

habebimus

$$dx = m\,dX + n\,dY + dZ \,\text{sin.}\, ι \,\text{sin.}\, r + y\,dr$$
$$+ d☊(y \,\text{cos.}\, ι - z \,\text{sin.}\, ι \,\text{cos.}\, r)$$

vnde viciffim colligitur

$$m\,dX + n\,dY + dZ \,\text{sin.}\, ι \,\text{sin.}\, r = dx - y(dr + d☊ \,\text{cos.}\, ι)$$
$$+ z\,d☊ \,\text{sin.}\, ι \,\text{cos.}\, r.$$

§. 7.

§. 7. Eodem modo tractetur secunda aequatio

$$y = -\nu X - \mu Y + Z \text{ fin. } \iota \text{ cof. } r,$$

quae differentiata praebet

$$dy = -\nu dX - \mu dY + dZ \text{ fin. } \iota \text{ cof. } r - dr (mX + nY + Z \text{ fin. } \iota \text{ fin. } r) + d\Omega (\mu X - \nu Y).$$

Est vero

$$m X + n Y + Z \text{ fin. } \iota \text{ fin. } r = 1 + x$$

et ex posterioribus formulis

$$\mu X - \nu Y = (m\mu - n\nu)(1 + x) + z \text{ fin. } \iota (\mu \text{ fin. } \Omega + \nu \text{ cof. } \Omega)$$

siue ob

$$m\mu - n\nu = -\text{cof. } \iota \text{ et } \mu \text{ fin. } \Omega + \nu \text{ cof. } \Omega = \text{fin. } r$$

erit

$$\mu X - \nu Y = -(1 + x) \text{ cof. } \iota + z \text{ fin. } \iota \text{ fin. } r$$

vnde prodit

$$dy = -\nu dX - \mu dY + dZ \text{ fin. } \iota \text{ cof. } r - dr (1 + x) - d\Omega ((1 + x) \text{ cof. } \iota - z \text{ fin. } \iota \text{ fin. } r)$$

hincque vicissim colligitur

$$\nu dX + \mu dY - dZ \text{ fin. } \iota \text{ cof. } r = -dy - (1 + x)(dr + d\Omega \text{ cof. } \iota) + z d\Omega \text{ fin. } \iota \text{ fin. } r.$$

§. 8. Tertia vero aequatio:

$$z = X \text{ fin. } \iota \text{ fin. } \Omega - Y \text{ fin. } \iota \text{ cof. } \Omega + Z \text{ cof. } \iota$$

differentiata dat

$$dz = dX \text{ fin. } \iota \text{ fin. } \Omega - dY \text{ fin. } \iota \text{ cof. } \Omega + dZ \text{ cof. } \iota + d\Omega (X \text{ fin. } \iota \text{ cof. } \Omega + Y \text{ fin. } \iota \text{ fin. } \Omega)$$

est vero

$$X \text{ fin. } \iota \text{ cof. } \Omega + Y \text{ fin. } \iota \text{ fin. } \Omega = (1 + x)(m \text{ fin. } \iota \text{ cof. } \Omega + n \text{ fin. } \iota \text{ fin. } \Omega) - y (\mu \text{ fin. } \iota \text{ fin. } \Omega + \nu \text{ fin. } \iota \text{ cof. } \Omega).$$

Cum igitur sit

$$m \text{ fin. } \iota \text{ cof. } \Omega + n \text{ fin. } \iota \text{ fin. } \Omega = \text{fin. } \iota \text{ cof. } r \text{ et}$$

$$\mu \text{ fin. } \iota \text{ fin. } \Omega + \nu \text{ fin. } \iota \text{ cof. } \Omega = \text{fin. } \iota \text{ fin. } r, \text{ erit}$$

$$X \text{ fin. } \iota \text{ cof. } \Omega + Y \text{ fin. } \iota \text{ fin. } \Omega = (1 + x) \text{ fin. } \iota \text{ cof. } r - y \text{ fin. } \iota \text{ fin. } r$$

 qui-

quibus substitutis prodibit

$$dz = dX \sin. \iota \sin. \Omega - dY \sin. \iota \cos. \Omega + dZ \cos. \iota$$
$$+ d\Omega ((1+x) \sin. \iota \cos. r - y \sin. \iota \sin. r)$$

vnde vicissim colligitur

$$dX \sin. \iota \sin. \Omega - dY \sin. \iota \cos. \Omega + dZ \cos. \iota = dz$$
$$-(1+x) d\Omega \sin. \iota \cos. r + y d\Omega \sin. \iota \sin. r.$$

§. 9. Ante autem quam ad differentialia secunda descendamus conducet differentialia dX, dY, dZ per literas minusculas exprimere. Cum igitur sit

$$X = m(1+x) - \nu y + z \sin. \iota \sin. \Omega$$

erit differentiando

$$dX = m\,dx - \nu\,dy + dz \sin. \iota \sin. \Omega$$
$$+ d\Omega (z \sin. \iota \cos. \Omega + \mu y - n(1+x)) - dr(my + \nu(1+x)).$$

Eodem modo secunda aequatio

$$Y = n(1+x) - \mu y - z \sin. \iota \cos. \Omega$$

differentiata praebet

$$dY = n\,dx - \mu\,dy - dz \sin. \iota \cos. \Omega$$
$$+ d\Omega (z \sin. \iota \sin. \Omega - \nu y + m(1+x)) - dr(ny + \mu(1+x)).$$

Denique tertia aequatio

$$Z = (1+x) \sin. \iota \sin. r + y \sin. \iota \cos. r + z \cos. \iota$$

differentiata dat

$$dZ = dx \sin. \iota \sin. r + dy \sin. \iota \cos. r + dz \cos. \iota$$
$$+ dr \sin. \iota ((1+x) \cos. r - y \sin. r).$$

§. 10. His praeparatis progrediamur ad differentio-differentialia; vbi primo notandum est: quia anguli r et Ω sunt tempori proportionales, eorum differentialia dr et $d\Omega$ pariter esse constantia, perinde atque elementum temporis dt. Hinc primam euoluamus aequationem §. 6. datam, quae erat:

$dx -$

$$dx - y(dr + d\Omega\,\text{cof.}\,\iota) + z\,d\Omega\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r$$
$$= m\,dX + n\,dY + dZ\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r$$

quae differentiata dat

$$ddx - dy(dr + d\Omega\,\text{cof.}\,\iota) + dz\,d\Omega\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r - z\,dr\,d\Omega\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r$$
$$= m\,ddX + n\,ddY + ddZ\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r$$
$$- dr(\nu\,dX + \mu\,dY - dZ\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r)$$
$$- d\Omega(n\,dX - m\,dY)$$

est vero

$$\nu\,dX + \mu\,dY - dZ\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r = -dy$$
$$-(1+x)(dr + d\Omega\,\text{cof.}\,\iota) + z\,d\Omega\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r \quad \text{et}$$
$$n\,dX - m\,dY = +dy(m\mu - n\nu) + dz\,\text{fin.}\,\iota(n\,\text{fin.}\,\Omega + m\,\text{cof.}\,\Omega)$$
$$+(1+x)(dr(m\mu - n\nu) - d\Omega(mm+nn))$$
$$+y\,d\Omega(\mu n + \nu m) + z\,d\Omega\,\text{fin.}\,\iota(n\,\text{cof.}\,\Omega - m\,\text{fin.}\,\Omega)$$

pro cuius formulae vlteriori reductione reperitur fore:

I. $m\mu - n\nu = -\text{cof.}\,\iota$

II. $n\,\text{fin.}\,\Omega + m\,\text{cof.}\,\Omega = \text{cof.}\,r$

III. $mm + nn = 1 - \text{fin.}\,\iota^2\,\text{fin.}\,r^2$

IV. $\mu n + \nu m = \text{fin.}\,\iota^2\,\text{fin.}\,r\,\text{cof.}\,r$

V. $n\,\text{cof.}\,\Omega - m\,\text{fin.}\,\Omega = \text{cof.}\,\iota\,\text{fin.}\,r$

ita vt fit

$$n\,dX - m\,dY = -dy\,\text{cof.}\,\iota + dz\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r$$
$$-(1+x)(dr\,\text{cof.}\,\iota + d\Omega(1 - \text{fin.}\,\iota^2\,\text{fin.}\,r^2))$$
$$+y\,d\Omega\,\text{fin.}\,\iota^2\,\text{fin.}\,r\,\text{cof.}\,r + z\,d\Omega\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,\iota\,\text{fin.}\,r$$

quibus valoribus substitutis aequatio nostra erit

$$ddx - dy\,dr - dy\,d\Omega\,\text{cof.}\,\iota + dz\,d\Omega\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r$$
$$-z\,dr\,d\Omega\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r = m\,ddX + n\,ddY$$
$$+ddZ\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r + dy\,dr + dr^2(1+x)$$
$$-z\,d\Omega\,dr\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r + d\Omega\,dy\,\text{cof.}\,\iota$$
$$-d\Omega\,dz\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r + d\Omega^2(1+x)$$
$$-d\Omega^2(1+x)\,\text{fin.}\,\iota^2\,\text{fin.}\,r^2 - y\,d\Omega^2\,\text{fin.}\,\iota^2\,\text{fin.}\,r\,\text{cof.}\,r$$
$$-z\,d\Omega^2\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,\iota\,\text{fin.}\,r + 2(1+x)\,dr\,d\Omega\,\text{cof.}\,\iota$$

quae

quae porro ob

$$d\,d\,X = L\,dt^2,\quad d\,d\,Y = M\,dt^2,\quad d\,d\,Z = N\,dt^2,$$

reliquis terminis a dextra ad finiftram transpofitis, induet hanc formam:

$$\begin{aligned} ddx - 2dr\,dy \quad & -2(1+x)dr\,d\Omega\,\text{cof.}\,\iota \\ -2d\Omega\,dy\,\text{cof.}\,\iota \quad & +2d\Omega\,dz\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r - d\Omega^2(1+x) \\ & +d\Omega^2(1+x)\,\text{fin.}\,\iota^2\,\text{fin.}\,r^2 \\ & -dr^2(1+x) \\ & +y\,d\Omega^2\,\text{fin.}\,\iota^2\,\text{fin.}\,r\,\text{cof.}\,r + z\,d\Omega^2\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,\iota\,\text{fin.}\,r \\ & = dt^2(mL + nM + N\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r). \end{aligned}$$

§. 11. Secunda aequatio §. 7. inuenta ita fe habet:

$$dy + (1+x)(dr + d\Omega\,\text{cof.}\,\iota) - z\,d\Omega\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r = -\nu\,dX - \mu\,dY + dZ\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r$$

quae differentiata praebet

$$\begin{aligned} & d\,dy + dx(dr + d\Omega\,\text{cof.}\,\iota) - dz\,d\Omega\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r \\ & - z\,dr\,d\Omega\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r = -\nu\,d\,dX - \mu\,d\,dY \\ & + d\,dZ\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r - dr(m\,dX + n\,dY + dZ\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r) \\ & + d\Omega(\mu\,dX - \nu\,dY). \end{aligned}$$

Ex praecedentibus autem patet effe

$$m\,dX + n\,dY + dZ\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r = dx - y(dr + d\Omega\,\text{cof.}\,\iota) + z\,d\Omega\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r$$

tum vero reperitur

$$\begin{aligned} \mu\,dX - \nu\,dY = {} & dx(m\mu - n\nu) + dz\,\text{fin.}\,\iota(\mu\,\text{fin.}\,\Omega + \nu\,\text{cof.}\,\Omega) \\ & - (1+x)d\Omega(n\mu + m\nu) + y(d\Omega(\mu\mu + \nu\nu) - dr(m\mu - n\nu)) \\ & + z\,d\Omega\,\text{fin.}\,\iota(\mu\,\text{cof.}\,\Omega - \nu\,\text{fin.}\,\Omega) \end{aligned}$$

pro cuius formulae reductione vlteriori notetur effe

I. $m\mu + n\nu = -\text{cof.}\,\iota$

II. $\mu\,\text{fin.}\,\Omega + \nu\,\text{cof.}\,\Omega = \text{fin.}\,r$

III. $n\mu + m\nu = \text{fin.}\,\iota^2\,\text{fin.}\,r\,\text{cof.}\,r$

IV.

$$\text{IV.}\quad \mu\mu + \nu\nu = 1 - \sin.\iota^2 \cos.r^2$$

$$\text{V.}\quad \mu \cos.\Omega - \nu \sin.\Omega = -\cos.\iota \cos.r$$

vnde fiet

$$\mu\, dX \pm \nu\, dY = - dx \cos.\iota + dz \sin.\iota \sin.r$$
$$- (1 + x)\, d\Omega \sin.\iota^2 \sin.r \cos.r$$
$$+ y\,(d\Omega\,(1 - \sin.\iota^2 \cos.r^2) + dr \cos.\iota)$$
$$+ z\, d\Omega \sin.\iota \cos.\iota \cos.r$$

et substitutis his valoribus aequatio nostra fiet

$$d\,dY + dx\, dr + (dx\, d\Omega \cos.\iota - dz\, d\Omega \sin.\iota \sin.r$$
$$- z\, dr\, d\Omega \sin.\iota \cos.\iota = -\nu\, ddX - \mu\, ddY$$
$$+ ddZ \sin.\iota \cos.r - dx\, dr + y\, dr^2$$
$$+ y\, d\Omega\, dr \cos.\iota - z\, d\Omega\, dr \sin.\iota \cos.r$$
$$- dx\, d\Omega \cos.\iota + dz\, d\Omega \sin.\iota \sin.r$$
$$- (1 + x)\, d\Omega^2 \sin.\iota^2 \sin.r \cos.r + y\, d\Omega^2$$
$$- y\, d\Omega^2 \sin.\iota^2 \cos.r^2 + y\, dr\, d\Omega \cos.\iota$$
$$- z\, d\Omega^2 \sin.\iota \cos.\iota \cos.r.$$

Quod si iam loco ddX, ddY, ddZ valores dati substituantur et reliqui membri a dextra ad sinistram transferantur, prodibit ista aequatio:

$$ddy + 2\,dx\,dr \quad - 2\,dz\,d\Omega \sin.\iota \sin.r + (1 + x)\,d\Omega^2 \sin.\iota^2 \sin.r \cos.r - y\,dr^2$$
$$+ 2\,dx\,d\Omega \cos.\iota \text{ [illegible] } - y\,d\Omega^2$$
$$\text{[illegible] } - 2y\,d\Omega\,dr \cos.\iota$$
$$+ y\,d\Omega^2 \sin.\iota^2 \cos.r^2$$
$$+ z\,d\Omega^2 \sin.\iota \cos.\iota \cos.r$$
$$= - dt^2\,(\nu L + \mu M - N \sin.\iota \cos.r).$$

§. 12. Tertia denique aequatio differentianda, ex §. 8. sumta est:

$$dz - (1 + x)\, d\Omega \sin.\iota \cos.r + y\, d\Omega \sin.\iota \sin.r$$
$$= dX \sin.\iota \sin.\Omega - dY \sin.\iota \cos.\Omega + dZ \cos.\iota$$

 vnde

vnde colligitur

$$d\,d\,z - 2\,d\,x\,d\,\Omega\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r + 2\,d\,y\,d\,\Omega\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r$$
$$+ (1+x)\,d\,r\,d\,\Omega\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r + y\,d\,r\,d\,\Omega\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r$$
$$= d\,d\,X\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,\Omega - d\,d\,Y\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,\Omega + d\,d\,Z\,\text{cof.}\,\iota$$
$$+ d\,\Omega\,(d\,X\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,\Omega + d\,Y\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,\Omega)$$

vbi est

$$d\,X\,\text{cof.}\,\Omega + d\,Y\,\text{fin.}\,\Omega = d\,x\,(m\,\text{cof.}\,\Omega + n\,\text{fin.}\,\Omega)$$
$$- d\,y\,(\nu\,\text{cof.}\,\Omega + \mu\,\text{fin.}\,\Omega) + (1+x)\,d\,\Omega\,(m\,\text{fin.}\,\Omega - n\,\text{cof.}\,\Omega)$$
$$- (1+x)\,d\,r\,(\nu\,\text{cof.}\,\Omega + \mu\,\text{fin.}\,\Omega) + y\,d\,\Omega\,(\mu\,\text{cof.}\,\Omega - \nu\,\text{fin.}\,\Omega)$$
$$- y\,d\,r\,(m\,\text{cof.}\,\Omega + n\,\text{fin.}\,\Omega) + z\,d\,\Omega\,\text{fin.}\,\iota$$

Supra autem iam obseruauimus esse:

$$1^\circ.\ m\,\text{cof.}\,\Omega + n\,\text{fin.}\,\Omega = \text{cof.}\,r$$
$$2^\circ.\ \nu\,\text{cof.}\,\Omega + \mu\,\text{fin.}\,\Omega = \text{fin.}\,r$$
$$3^\circ.\ m\,\text{fin.}\,\Omega - n\,\text{cof.}\,\Omega = -\text{cof.}\,\iota\,\text{fin.}\,r$$
$$4^\circ.\ \mu\,\text{cof.}\,\Omega - \nu\,\text{fin.}\,\Omega = -\text{cof.}\,\iota\,\text{cof.}\,r$$

sicque erit

$$d\,X\,\text{cof.}\,\Omega + d\,Y\,\text{fin.}\,\Omega = d\,x\,\text{cof.}\,r - d\,y\,\text{fin.}\,r$$
$$- (1+x)\,d\,\Omega\,\text{cof.}\,\iota\,\text{fin.}\,r - (1+x)\,d\,r\,\text{fin.}\,r$$
$$- y\,d\,\Omega\,\text{cof.}\,\iota\,\text{cof.}\,r - y\,d\,r\,\text{cof.}\,r + z\,d\,\Omega\,\text{fin.}\,\iota$$

vnde tandem obtinetur sequens aequatio:

$$ddz - 2dxd\Omega\,\text{fin.}\iota\,\text{cof.}r + 2(1+x)drd\Omega\,\text{fin.}\iota\,\text{fin.}r + 2ydrd\Omega\,\text{fin.}\iota\,\text{cof.}r$$
$$+ 2dyd\Omega\,\text{fin.}\iota\,\text{fin.}r + (1+x)d\Omega^2\,\text{fin.}\iota\,\text{cof.}\iota\,\text{fin.}r + yd\Omega^2\,\text{fin.}\iota\,\text{cof.}\iota\,\text{cof.}r$$
$$- z\,d\,\Omega^2\,\text{fin.}\,\iota^2$$
$$= d\,t^2\,(L\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,\Omega - M\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,\Omega + N\,\text{cof.}\,\iota).$$

§. 13. Quoniam hae euolutiones summam attentionem postulant, quo de harum formularum veritate magis conuincamur alia easdem methodo inuestigemus, vtramque scilicet differentiationem simul peragamus. Cum igitur in genere sit

$$d\,d.\,p\,q = p\,d\,d\,q + 2\,d\,p\,d\,q + q\,d\,d\,p$$

supra

supra autem inuenerimus

$$dm = -n\,d\Omega - \nu\,dr;\quad dn = m\,d\Omega - \mu\,dr;\quad d\mu = \nu\,d\Omega + n\,dr;$$
$$d\nu = -\mu\,d\Omega + m\,dr$$

erit denuo differentiando:

$$ddm = -m\,dr^2 + 2\mu\,dr\,d\Omega - m\,d\Omega^2$$
$$ddn = -n\,dr^2 + 2\nu\,dr\,d\Omega - n\,d\Omega^2$$
$$dd\mu = -\mu\,dr^2 + 2m\,dr\,d\Omega - \mu\,d\Omega^2$$
$$dd\nu = -\nu\,dr^2 + 2n\,dr\,d\Omega - \nu\,d\Omega^2$$

§. 14. Cum igitur prima nostrarum formularum sit

$$1 + x = mX + nY + Z\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r$$

erit statim bis differentiando

$$ddx = m\,ddX + n\,ddY + ddZ\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r \;\text{- - - (I)}$$
$$+ 2dX\,dm + 2dY\,dn + 2dZ\,dr\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r \;\text{- - (II)}$$
$$+ X\,ddm + Y\,ddn - Z\,dr^2\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r \;\text{- - - - (III)}$$

quas ternas partes seorsim euoluamus, ac primo quidem erit, vt supra vidimus

$$\text{(I) - - } dt^2(mL + nM + N\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r)$$

(II) in haec duo membra resoluitur:

$$\text{(II) } + 2dr(-\nu\,dX - \mu\,dY + dZ\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r)$$
$$+ 2d\Omega(-n\,dX + m\,dY)$$

at vero tertia pars in haec tria membra discerpitur

$$\text{(III) - - } + dr^2(-mX - nY - Z\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r)$$
$$+ 2dr\,d\Omega(\mu X - \nu Y)$$
$$+ d\Omega^2(-mX - nY)$$

supra autem vidimus esse:

$$-\nu\,dX - \mu\,dY + dZ\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r = dy + (1+x)(dr + d\Omega\,\text{cof.}\,\iota)$$
$$- z\,d\Omega\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r$$

$-n\,d$

III

$$-n\,dX+m\,dY=dy\,\text{cof.}\,\iota-dz\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r$$
$$+(1+x)\,(dr\,\text{cof.}\,\iota+d\Omega\,(1-\text{fin.}\,\iota^2\,\text{fin.}\,r^2)$$
$$-y\,d\Omega\,\text{fin.}\,\iota^2\,\text{fin.}\,r\,\text{cof.}\,r-z\,d\Omega\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,\iota\,\text{fin.}\,r$$

pro tertia autem parte pariter iam supra inuenimus:

$$-mX-nY-Z\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r=-(1+x)$$
$$\mu X-\nu Y=-(1+x)\,\text{cof.}\,\iota+z\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r$$
$$-mX-nY=+(1+x)+Z\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r=-(1+x)(1-\text{fin.}\,\iota^2\,\text{fin.}\,r^2)$$
$$+y\,\text{fin.}\,\iota^2\,\text{fin.}\,r\,\text{cof.}\,r+z\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,\iota\,\text{fin.}\,r$$

His igitur colligendis erit

$$(II)+(III)=\begin{array}{l}+2\,dr\,dy\\+2\,d\Omega\,dy\,\text{cof.}\,\iota\end{array}\quad\begin{array}{l}-2\,d\Omega\,dz\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r+(1+x)\,dr^2\\+2(1+x)\,dr\,d\Omega\,\text{cf.}\,\iota\\+(1+x)\,d\Omega^2\\-(1+x)\,d\Omega^2\,\text{fi.}\,\iota^2\,\text{fi.}\,r^2\end{array}$$

$$-y\,d\Omega^2\,\text{fin.}\,\iota^2\,\text{fin.}\,r\,\text{cof.}\,r-z\,d\Omega^2\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,\iota\,\text{cof.}\,r$$

his igitur terminis ad finiftram translatis aequatio prodit:

$$ddx-2\,dr\,dy+2\,d\Omega\,dz\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r-(1+x)\,dr^2$$
$$-2\,d\Omega\,dy\,\text{cof.}\,\iota\qquad-2(1+x)\,dr\,d\Omega\,\text{cof.}\,\iota$$
$$-(1+x)\,d\Omega^2$$
$$+(1+x)\,d\Omega^2\,\text{fin.}\,\iota^2\,\text{fin.}\,r^2+y\,d\Omega^2\,\text{fin.}\,\iota^2\,\text{fin.}\,r\,\text{cof.}\,r$$
$$+z\,d\Omega^2\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,\iota\,\text{fin.}\,r=(mL+nM+N\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r)\,dt^2$$

quae cum praecedente §. 10. exhibita prorfus congruit.

§. 15. Deinde cum altera noftra aequatio fuerit

$$y=-\nu X-\mu Y+Z\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r$$

erit pariter bis differentiando

$$ddy=-\nu\,ddX-\mu\,ddY+ddZ\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r\;---\;(I)$$
$$-2\,dX\,d\nu-2\,dY\,d\mu-2\,dZ\,dr\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r\;(II)$$
$$-X\,dd\nu-Y\,dd\mu-Z\,dr^2\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r\;---\;(III)$$

quae fingulae partes euolutae praebent

$$(I)\quad dt^2(-\nu L-\mu M+N\,\text{fin.}\,\iota\,\text{cof.}\,r$$
$$(II)\quad 2\,dr(-m\,dX-n\,dY-dZ\,\text{fin.}\,\iota\,\text{fin.}\,r)$$
$$+2\,d\Omega(+\mu\,dX-\nu\,dY)$$

(III)

$$\begin{aligned}(\mathrm{III})\; & dr^2(+\nu X + \mu Y - Z\,\mathrm{fin.}\,\iota\,\mathrm{cof.}\,r) \\ & + 2\,dr\,d\Omega(nX - mY) \\ & + d\Omega^2(\nu X + \mu Y)\end{aligned}$$

noti autem funt fequentes valores:

$$-m\,dX - n\,dY - dZ\,\mathrm{fin.}\,\iota\,\mathrm{fin.}\,r = -dx + y(dr + d\Omega\,\mathrm{cof.}\,\iota) - z\,d\Omega\,\mathrm{fin.}\,\iota\,\mathrm{cof.}\,r$$

$$\begin{aligned}\mu\,dX - \nu\,dY = & -dx\,\mathrm{cof.}\,\iota + dz\,\mathrm{fin.}\,\iota\,\mathrm{fin.}\,r - (1+x)\,d\Omega\,\mathrm{fin.}\,\iota^2\,\mathrm{fin.}\,r\,\mathrm{cof.}\,r \\ & + y(d\Omega(1 - \mathrm{fin.}\,\iota^2\,\mathrm{cof.}\,r^2) + dr\,\mathrm{cof.}\,\iota) - z\,d\Omega\,\mathrm{fin.}\,\iota\,\mathrm{cof.}\,\iota\,\mathrm{cof.}\,r\end{aligned}$$

$$\nu X + \mu Y - Z\,\mathrm{fin.}\,\iota\,\mathrm{cof.}\,r = -y$$

$$nX - mY = -y\,\mathrm{cof.}\,\iota + z\,\mathrm{fin.}\,\iota\,\mathrm{cof.}\,r$$

$$\begin{aligned}\nu X + \mu Y = -y + Z\,\mathrm{fin.}\,\mathrm{cof.}\,r = & (1+x)\,\mathrm{fin.}\,\iota^2\,\mathrm{fin.}\,r\,\mathrm{cof.}\,r \\ & - y(1 - \mathrm{fin.}\,\iota^2\,\mathrm{cof.}\,r^2) + z\,\mathrm{fin.}\,\iota\,\mathrm{cof.}\,\iota\,\mathrm{cof.}\,r)\end{aligned}$$

quibus collectis erit

$$\begin{aligned}(\mathrm{II})+(\mathrm{III}) = & -2\,dr\,dx + 2\,d\Omega\,dz\,\mathrm{fin.}\,\iota\,\mathrm{fin.}\,r - (1+x)\,d\Omega^2\,\mathrm{fin.}\,\iota^2\,\mathrm{fin.}\,r\,\mathrm{cof.}\,r + y\,dr^2 \\ & - 2\,d\Omega\,dx\,\mathrm{cof.}\,\iota + 2y\,dr\,d\Omega\,\mathrm{cof.}\,\iota \\ & + y\,d\Omega^2 \\ & - y\,d\Omega^2\,\mathrm{fi.}\,\iota^2\,\mathrm{cf.}\,r^2 \\ & - z\,d\Omega^2\,\mathrm{fin.}\,\iota\,\mathrm{cof.}\,\iota\,\mathrm{cof.}\,r\end{aligned}$$

quibus ad finiftram translatis prodit:

$$\begin{aligned}& ddy + 2\,dr\,dx - 2\,d\Omega\,dz\,\mathrm{fi.}\,\iota\,\mathrm{fi.}\,r + (1+x)\,d\Omega^2\,\mathrm{fi.}\,\iota^2\,\mathrm{fi.}\,r\,\mathrm{cf.}\,r - y\,dr^2 \\ & + 2\,d\Omega\,dx\,\mathrm{cof.}\,\iota - 2y\,dr\,d\Omega\,\mathrm{cof.}\,\iota \\ & - y\,d\Omega^2 \\ & + y\,d\Omega^2\,\mathrm{fi.}\,\iota^2\,\mathrm{cf.}\,r^2 \\ & + z\,d\Omega^2\,\mathrm{fin.}\,\iota\,\mathrm{cof.}\,\iota\,\mathrm{cof.}\,r \\ & = -dt^2(\nu L + \mu M - N\,\mathrm{fin.}\,\iota\,\mathrm{cof.}\,r)\end{aligned}$$

quae cum praecedente §. 11. exhibita pariter congruit.

§. 16. Tertia aequatio erat

$$z = X\,\mathrm{fin.}\,\iota\,\mathrm{fin.}\,\Omega - Y\,\mathrm{fin.}\,\iota\,\mathrm{cof.}\,\Omega + Z\,\mathrm{cof.}\,\iota.$$

quae bis differentiata dat

 ddz

$$ddz = ddX \sin\iota \sin\Omega - ddY \sin\iota \cos\Omega + ddZ \cos\iota \quad - \; (\mathrm{I})$$
$$+ 2dX\, d\Omega \sin\iota \cos\Omega + 2dY\, d\Omega \sin\iota \sin\Omega \quad - - \; (\mathrm{II})$$
$$- X\, d\Omega^2 \sin\iota \sin\Omega + Y\, d\Omega^2 \sin\iota \cos\Omega \quad - - \; (\mathrm{III})$$

quae partes facile ita reducuntur:

$$(\mathrm{I}) \; - - \; dt^2 (L \sin\iota \sin\Omega - M \sin\iota \cos\Omega + N \cos\iota$$
$$(\mathrm{II}) \; - - \; 2\, d\Omega \sin\iota (dX \cos\Omega + dY \sin\Omega)$$
$$(\mathrm{III}) \; - - \; d\Omega^2 \sin\iota (-X \sin\Omega + Y \cos\Omega).$$

Est vero

$$dX \cos\Omega + dY \sin\Omega = dx \cos r - dy \sin r - (1+x) d\Omega \cos\iota \sin r$$
$$- (1+x) dr \sin r - y\, d\Omega \cos\iota \cos r - y\, dr \cos r + z\, d\Omega \sin\iota$$
$$- X \sin\Omega + Y \cos\Omega = (1+x) \cos\iota \sin r + \cos\iota \cos r - z \sin\iota$$

quibus substitutis colligimus

$$(\mathrm{II}) + (\mathrm{III}) = 2\, d\Omega\, dx \sin\iota \cos r - 2\, d\Omega\, dy \sin\iota \sin r$$
$$- (1+x) d\Omega^2 \sin\iota \cos\iota \sin r - y\, d\Omega^2 \sin\iota \cos\iota \cos r$$
$$+ z\, d\Omega^2 \sin\iota^2 - 2(1+x)\, dr\, d\Omega \sin\iota \sin r$$
$$- 2y\, dr\, d\Omega \sin\iota \cos r$$

quibus ad sinistram translatis aequatio ita se habebit:

$$ddz - 2d\Omega\, dx \sin\iota \cos r + 2d\Omega\, dy \sin\iota \sin r + (1+x) d\Omega^2 \sin\iota \cos\iota \sin r$$
$$+ y\, d\Omega^2 \sin\iota \cos\iota \cos r - z\, d\Omega^2 \sin\iota^2 =$$
$$= dt^2 (L \sin\iota \sin\Omega - M \sin\iota \cos\Omega + N \cos\iota)$$
$$+ 2(1+x)\, dr\, d\Omega \sin\iota \sin r + 2y\, dr\, d\Omega \sin\iota \cos r.$$

quae etiam congruit cum illa §. 12. exhibita.

§. 17. Ternae ergo aequationes differentio-differentiales, ex quibus motum Lunae determinari oportet, sequenti modo aspectui exponantur:

$$\mathrm{I}^{\circ}\; ddx - 2dy(dr + d\Omega \cos\iota) + 2d\Omega\, dz \sin\iota \cos r$$
$$- (1+x)(dr^2 + 2dr\, d\Omega \cos\iota) + d\Omega^2 (1 - \sin\iota^2 \sin r^2)$$
$$+ y\, d\Omega^2 \sin\iota^2 \sin r \cos r + z\, d\Omega^2 \sin\iota \cos\iota \sin r$$
$$= dt^2 (mL + nM + N \sin\iota \sin r$$

II

$$\text{II. } ddy + 2dx(dr + d☊ \cos\iota) - 2☊ dz \sin\iota \sin r - y(dr^2 + 2dr\, d☊ \cos\iota + d☊^2 (1 - \sin\iota^2 \cos r^2) + (1+x) d☊^2 \sin\iota^2 \sin r \cos r + z d☊^2 \sin\iota \cos\iota \cos r = -dt^2(\nu L + \mu M - N \sin\iota \cos r)$$

$$\text{III } ddz - 2d☊ dx \sin\iota \cos r + 2d☊ dy \sin\iota \sin r - z d☊^2 \sin\iota^2 + (1+x)(2dr\, d☊ \sin\iota \sin r + d☊^2 \sin\iota \cos\iota \sin r) + y(2dr\, d☊ \sin\iota \cos r + d☊^2 \sin\iota \cos\iota \cos r) = dt^2(L \sin\iota \sin ☊ - M \sin\iota \cos ☊ + N \cos\iota)$$

vbi meminisse iuuabit breuitatis gratia nos posuisse

$$m = \cos r \cos ☊ - \cos\iota \sin r \sin ☊$$
$$n = \cos r \sin ☊ + \cos\iota \sin r \cos ☊$$
$$\mu = \sin r \sin ☊ - \cos\iota \cos r \cos ☊$$
$$\nu = \sin r \cos ☊ + \cos\iota \cos r \sin ☊$$

Praeterea vero formulae principales, vnde has aequationes deduximus, erant:

$$1+x = mX + nY + Z \sin\iota \sin r \quad\Big|\quad X = m(1+x) - \nu y + z \sin\iota \sin ☊$$
$$y = -\nu X - \mu Y + Z \sin\iota \cos r \quad\Big|\quad Y = n(1+x) - \mu y - z \sin\iota \cos ☊$$
$$z = X \sin\iota \sin ☊ - Y \sin\iota \cos ☊ + Z \cos\iota \quad\Big|\quad Z = (1+x)\sin\iota \sin r + y \sin\iota \cos r + z \cos\iota$$

SECTIO III.

De valoribus litterarum L, M, N, ex principiis motus deducendis.

Tab. XIII Fig. 4.

§. 18. Denotent signa ♁, ☉, ☾ massas Terrae, Solis et Lunae, quas, posita massa Terrae ♁ = 1, ex nouissimis obseruationibus concludimus fore ☉ = 360000; at vero massam Lunae ☾ = $\frac{1}{70}$ propemodum. Parum autem interest quanta sit massa Lunae, quandoquidem Newtonus eam statuit = $\frac{1}{40}$, Illustris *Daniel Bernoulli* eam reduxit ad $\frac{1}{70}$ tantum. His positis sit, vti initio, Z locus Lunae

Lunae per ternas coordinatas $TX = X$, $XY = Y$, $YZ = Z$ determinatus, exiſtente T centro Terrae et recta $T\Upsilon$ directione fixa ad aequinoctium vernum tendente; tum vero, vocetur diſtantia Lunae a Terra $TZ = v$, ita vt ſit $vv = X^2 + Y^2 + Z^2$. Nouimus autem per nouas coordinatas $1 + x$, y, z eſſe etiam

$$v^2 = (1 + x)^2 + yy + zz.$$

Praeterea vero ſit centrum Solis in S, pro quo binae coordinatae ſint $TU = \mathfrak{x}$ et $US = \mathfrak{y}$, ipſa autem Solis a Terra diſtantia vocetur $TS = u$, ita vt ſit $uu = \mathfrak{x}\mathfrak{x} + \mathfrak{y}\mathfrak{y}$; vnde ſi ponatur longitudo Solis vera, ſeu angulus $\Upsilon TS = \Phi$ erit $\mathfrak{x} = u \cos\Phi$ et $\mathfrak{y} = u \sin\Phi$. Porro vero vocetur diſtantia Solis a Luna, ſeu recta $SZ = w$ eritque

$$ww = (\mathfrak{x} - X)^2 + (\mathfrak{y} - Y)^2 + ZZ = uu - 2\mathfrak{x}X - 2\mathfrak{y}Y + vv$$

ſiue

$$w^2 = uu - 2uX\cos\Phi - 2uY\sin\Phi + vv.$$

§. 19. Quod ſi iam $d\tau$ denotet elementum temporis indefinitum, cui coefficientum Δ adiungamus, huius valor ſtatim determinabitur ac menſuram temporis idoneam ſtabiliuerimus. His poſitis ex principiis motus facile deducuntur ſequentes tres aequationes ſecundi gradus:

$$\text{I.} \quad \frac{ddX}{\Delta d\tau^2} = -\frac{(\text{♁} + ☾)X}{v^3} + \frac{\odot(\mathfrak{x} - X)}{w^3} - \frac{\odot\mathfrak{x}}{u^3}$$

$$\text{II.} \quad \frac{ddY}{\Delta d\tau^2} = -\frac{(\text{♁} + ☾)Y}{v^3} + \frac{\odot(\mathfrak{y} - Y)}{w^3} - \frac{\odot\mathfrak{y}}{u^3}$$

$$\text{III.} \quad \frac{ddZ}{\Delta d\tau^2} = -\frac{(\text{♁} + ☾)Z}{v^3} - \frac{\odot Z}{w^3}.$$

Ante autem quam has aequationes ad noſtrum inſtitutum accommodare queamus, certam temporis menſuram ſtabilire oportet, id quod ſequenti modo praeſtabimus.

§. 20.

§. 20. Consideremus solum Solem circa Terram quasi fixam in circulo reuolui, cuius radius sit distantia Solis media a Terra $= a$, ac formulae eius motum determinantes erunt

$$\frac{dd\mathfrak{x}}{\Delta d\tau^2} = -\frac{(\odot + \female)\mathfrak{x}}{u^3} \text{ et } \frac{dd\mathfrak{y}}{\Delta d\tau^2} = -\frac{(\odot + \female)\mathfrak{y}}{u^3}.$$

Ponamus nunc tempore τ a Sole describi anomaliam mediam $= t$, et cum sit $u = a$, ponere licebit

$$\mathfrak{x} = a \operatorname{cof.} t \text{ et } \mathfrak{y} = a \operatorname{fin.} t$$

vnde fit

$$dd\mathfrak{x} = -a\,dt^2 \operatorname{cof.} t \text{ et } dd\mathfrak{y} = -a\,dt^2 \operatorname{fin.} t$$

quibus valoribus substitutis prior aequatio euadit

$$\frac{a\,dt^2 \operatorname{cof.} t}{\Delta d\tau^2} = +\frac{(\odot + \female) \operatorname{cof.} t}{aa} \text{ vnde fit}$$

$$\Delta d\tau^2 = +\frac{a^3\,dt^2}{\odot + \female} \text{ hincque } \frac{1}{\Delta d\tau^2} = \frac{\odot + \female}{a^3\,dt^2}$$

altera vero aequatio sponte idem praebet. Nunc autem motum Lunae ita inuestigemus, quasi a sola Terra attracta in circulo reuolueretur ad distantiam mediam $= 1$, ac tempore τ angulum circa Terram describeret $= \theta$, qui scilicet longitudinem Lunae mediam designabit. Pro hoc ergo motu, quem in ecliptica fieri concipiamus, habebimus has aequationes:

$$\frac{dd\mathrm{X}}{\Delta d\tau^2} = -\frac{(\female + ☾)\mathrm{X}}{v^3} \text{ et } \frac{dd\mathrm{Y}}{\Delta d\tau^2} = -\frac{(\female + ☾)\mathrm{Y}}{v^3}$$

quare, cum in hac hypothesi sit $v = 1$, $\mathrm{X} = \operatorname{cof.} \theta$ et $\mathrm{Y} = \operatorname{fin.} \theta$ erit

$$dd\mathrm{X} = -d\theta^2 \operatorname{cof.} \theta \text{ et } dd\mathrm{Y} = -d\theta^2 \operatorname{fin.} \theta$$

quibus valoribus substitutis vtraque aequatio praebet

$$\frac{d\theta^2}{\Delta d\tau^2} = \female + ☾,$$

vnde si loco $\Delta d\tau^2$ valor modo inuentus substituatur, prodibit

dibit $\frac{d\theta^2(\odot + \text{♁})}{a^3\, dt^2} = \text{♁} + \text{☾}$. Cum igitur ratio inter motum medium Lunae ac ſolis vt cognita ſpectari poſſit, ſtatuamus $\frac{d\theta}{dt} = \lambda$, fietque $\frac{\lambda\lambda(\odot + \text{♁})}{a^3} = \text{♁} + \text{☾}$, vnde concludimus $a^3 = \frac{\lambda\lambda(\odot + \text{♁})}{\text{♁} + \text{☾}}$ hincque $\frac{1}{\Delta\, d\tau^2} = \frac{\text{♁} + \text{☾}}{\lambda\lambda\, dt^2}$.

§. 21. Hos igitur valores in noſtras aequationes principales introducamus ac reperiemus

$$\text{I.}\quad \frac{(\text{♁} + \text{☾})\, ddX}{\lambda\lambda\, dt^2} = -\frac{(\text{♁} + \text{☾})X}{v^3} + \frac{\odot(\mathfrak{x} - X)}{w^3} - \frac{\odot\,\mathfrak{x}}{u^3}$$

$$\text{II.}\quad \frac{(\text{♁} + \text{☾})\, ddY}{\lambda\lambda\, dt^2} = -\frac{(\text{♁} + \text{☾})Y}{v^3} + \frac{\odot(\mathfrak{y} - Y)}{w^3} - \frac{\odot\,\mathfrak{y}}{u^3}$$

$$\text{III.}\quad \frac{(\text{♁} + \text{☾})\, ddZ}{\lambda\lambda\, dt^2} = -\frac{(\text{♁} + \text{☾})Z}{v^3} - \frac{\odot Z}{w^3}.$$

Cum igitur ſumſerimus

$\frac{ddX}{dt^2} = L$, $\frac{ddY}{dt^2} = M$, $\frac{ddZ}{dt^2} = N$

hinc reperiemus has litteras L, M, N ſequenti modo

$$1^\circ.\quad L = -\frac{\lambda\lambda X}{v^3} + \frac{\lambda\lambda\odot(\mathfrak{x} - X)}{(\text{♁} + \text{☾})w^3} - \frac{\lambda\lambda\odot\,\mathfrak{x}}{(\text{♁} + \text{☾})u^3}$$

$$2^\circ.\quad M = -\frac{\lambda\lambda Y}{v^3} + \frac{\lambda\lambda\odot(\mathfrak{y} - Y)}{(\text{♁} + \text{☾})w^3} - \frac{\lambda\lambda\odot\,\mathfrak{y}}{(\text{♁} + \text{☾})u^3}$$

$$3^\circ.\quad N = -\frac{\lambda\lambda Z}{v^3} - \frac{\lambda\lambda\odot Z}{(\text{♁} + \text{☾})w^3}.$$

In

In posterioribus autem terminis signo ⊙ affectis pro λ scribamus eius valorem $\lambda\lambda = \frac{a^3(♁ + ☾)}{⊙ + ♁}$, vnde fit $\frac{\lambda\lambda ⊙}{♁ + ☾} = \frac{a^3 ⊙}{⊙ + ♁} = a^3$, quandoquidem Terrae massa est quasi infinite parua respectu massae Solis hinc igitur habebimus

$$L = -\frac{\lambda\lambda X}{v^3} + \frac{a^3(\mathfrak{x} - X)}{w^3} - \frac{a^3 \mathfrak{x}}{u^3}$$

$$M = -\frac{\lambda\lambda Y}{v^3} + \frac{a^3(\mathfrak{y} - Y)}{w^3} - \frac{a^3 \mathfrak{y}}{u^3}$$

$$N = -\frac{\lambda\lambda Z}{v^3} - \frac{a^3 Z}{w^3}$$

§. 22. Hos valores secundum litteras $\mathfrak{x}$, $\mathfrak{y}$ et X, Y, Z partiamur, et obtinebimus sequentes valores:

$$L = -X\left(\frac{\lambda\lambda}{v^3} + \frac{a^3}{w^3}\right) + \mathfrak{x}\left(\frac{a^3}{w^3} - \frac{a^3}{u^3}\right)$$

$$M = -Y\left(\frac{\lambda\lambda}{v^3} + \frac{a^3}{w^3}\right) + \mathfrak{y}\left(\frac{a^3}{w^3} - \frac{a^3}{u^3}\right)$$

$$N = -Z\left(\frac{\lambda\lambda}{v^3} + \frac{a^3}{w^3}\right).$$

Hic igitur breuitatatis gratia statuamus $\frac{\lambda\lambda}{v^3} + \frac{a^3}{w^3} = F$ et $\frac{a^3}{w^3} - \frac{a^3}{u^3} = G$, ita vt habeamus

$$L = -FX + G\mathfrak{x};\ M = -FY + G\mathfrak{y};\ N = -FZ.$$

§. 23. Hinc igitur facile formulas in principalibus nostris, aequationibus in fine sectionis praecedentis, exhibitis, quae ad dextram partem erant dispositae, euoluemus: reperiemus enim

$$mL + nM + N\,\text{sin.}\,i\,\text{sin.}\,r = -F(\mathfrak{x} + x) + G(m\mathfrak{x} + n\mathfrak{y})$$

$$\nu L + \mu M - N\,\text{sin.}\,i\,\text{cos.}\,r = +Fy + G(\nu\mathfrak{x} + \mu\mathfrak{y})$$

$$L\,\text{sin.}\,i\,\text{sin.}\,☊ - M\,\text{sin.}\,i\,\text{cos.}\,☊ + N\,\text{cos.} = -Fz + G(\mathfrak{x}\,\text{sin.}\,i\,\text{sin.}\,☊ - \mathfrak{y}\,\text{sin.}\,i\,\text{cos.}\,☊)$$

§. 24. Operae igitur pretium erit, hos valores in aequationibus nostris fundamentalibus substituere, vt in posterum nulla amplius mentio literarum L, M, N occurrat:

$$\left.\begin{aligned} & ddx - 2dy(dr + d☊\cos.\iota) + 2d☊dz \sin.\iota\cos.r \\ & \quad - (1+x)(dr^2 + 2drd☊\cos.\iota + d☊^2(1 - \sin.\iota^2\sin.r^2)) \\ & \quad + yd☊^2\sin.\iota^2\sin.r\cos.r + zd☊^2\sin.\iota\cos.\iota\sin.r \end{aligned}\right\}$$

$$= -F(1+x)dt^2 + G(m\mathfrak{x} + n\mathfrak{y})dt^2$$

$$\left.\begin{aligned} & ddy + 2dx(dr + d☊\cos.\iota) - 2d☊dz\sin.\iota\sin.r \\ & \quad - y(dr^2 + 2drd☊\cos.\iota + d☊^2(1 - \sin.\iota^2\cos.r^2)) \\ & \quad + (1+x)d☊^2\sin.\iota^2\sin.r\cos.r + zd☊^2\sin.\iota\cos.\iota\cos.r \end{aligned}\right\}$$

$$= -Fydt^2 - G(\nu\mathfrak{x} + \mu\mathfrak{y})dt^2$$

$$\left.\begin{aligned} & ddz - 2d☊dx\sin.\iota\cos.r + 2d☊dy\sin.\iota\sin.r - zd☊^2\sin.\iota^2 \\ & \quad + (1+x)(2drd☊\sin.\iota\sin.r + d☊^2\sin.\iota\cos.\iota\sin.r) \\ & \quad + y(2drd☊\sin.\iota\cos.r + d☊^2\sin.\iota\cos.\iota\cos.r) \end{aligned}\right\}$$

$$= -Fzdt^2 + G(\mathfrak{x}\sin.\iota\sin.☊ - \mathfrak{y}\sin.\iota\cos.☊)dt^2.$$

SECTIO IV.

De exstirpatione literarum $\mathfrak{x}$, $\mathfrak{y}$, et X, Y.

§. 25. Introducendo longitudinem Solis veram ♈TS $= \Phi$, cum eius distantia a Terra TS $= u$, vidimus esse $\mathfrak{x} = u\cos.\Phi$ et $\mathfrak{y} = u\sin.\Phi$, vnde sequentes formulae euoluendae occurrunt:

I. $m\mathfrak{x} + n\mathfrak{y} = u(m\cos.\Phi + n\sin.\Phi)$

cum igitur sit

$$m = \cos.r\cos.☊ - \cos.\iota\sin.r\sin.☊ \text{ et}$$

$$n = \cos.r\sin.☊ + \cos.\iota\sin.r\cos.☊ \text{ erit}$$

$$m\cos.\Phi + n\sin.\Phi = \cos.r\cos.(\Phi - ☊) + \cos.\iota\sin.r\sin.(\Phi - ☊)$$

hinc igitur erit

$$m\mathfrak{x} + n\mathfrak{y} = u(\cos.r\cos.(\Phi - ☊) + \cos.\iota\sin.r\sin.(\Phi - ☊)).$$

§. 26.

§. 26. Deinde in secunda aequatione occurrit ista formula: $\nu \mathfrak{x} + \mu \mathfrak{y}$; quia igitur est

$$\nu \mathfrak{x} + \mu \mathfrak{y} = u (\nu \operatorname{cos.} \Phi + \mu \operatorname{sin.} \Phi), \text{ ob}$$
$$\mu = \operatorname{sin.} r \operatorname{sin.} \Omega - \operatorname{cos.} \iota \operatorname{cos.} r \operatorname{cos.} \Omega \text{ et}$$
$$\nu = \operatorname{sin.} r \operatorname{cos.} \Omega + \operatorname{cos.} \iota \operatorname{cos.} r \operatorname{sin.} \Omega \text{ erit}$$
$$\nu \operatorname{cos.} \Phi + \mu \operatorname{sin.} \Phi = \operatorname{sin.} r \operatorname{cos.} (\Phi - \Omega) - \operatorname{cos.} \iota \operatorname{cos.} r \operatorname{sin.} (\Phi - \Omega)$$

vnde nostra formula reducenda erit

$$\nu \mathfrak{x} + \mu \mathfrak{y} = u (\operatorname{sin.} r \operatorname{cos.} (\Phi - \Omega) - \operatorname{cos.} \iota \operatorname{cos.} r \operatorname{sin.} (\Phi - \Omega)).$$

§. 27. In tertia tandem aequatione occurrit:

$$\mathfrak{x} \operatorname{sin.} \Omega - \mathfrak{y} \operatorname{cos.} \Omega = u (\operatorname{cos.} \Phi \operatorname{sin.} \Omega - \operatorname{sin.} \Phi \operatorname{cos.} \Omega)$$

quae manifesto abit in $- u \operatorname{sin.} (\Phi - \Omega)$, ita vt sit

$$\mathfrak{x} \operatorname{sin.} \Omega - \mathfrak{y} \operatorname{cos.} \Omega = - u \operatorname{sin.} (\Phi - \Omega).$$

§. 28. Quodsi ergo breuitatis gratia ponamus $\Phi - \Omega = \psi$, ternae formulae hic reductae erunt:

$$m \mathfrak{x} + n \mathfrak{y} = u (\operatorname{cos.} r \operatorname{cos.} \psi + \operatorname{cos.} \iota \operatorname{sin.} r \operatorname{sin.} \psi)$$
$$\nu \mathfrak{x} + \mu \mathfrak{y} = u (\operatorname{sin.} r \operatorname{cos.} \psi - \operatorname{cos.} \iota \operatorname{cos.} r \operatorname{sin.} \psi)$$
